Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XL

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

cidium et furtum et adulterium i nudaue-
runt Et illud omne caput languidum et
omne cor merens a planta pedis usqz ad
verticem capitis non est in eo sanitas non e
huius tpis ut qui puritatis et inocencie
tramitem tenere desiderat ecclie baiulare ve-
rginue acquiescat cu videlz omnes pene per
uiciorum abrupta pcipites et tamqz furies
equi per uoluptatum suarum campos feri-
tur effrenes Claustra uacant ewangeliu
claudit et per om ecclastici ordinis foren-
sia iura decurrunt Dauid sacram medita
tur eloquia scpturarum s3 oms sita legum
et forensz litigium Et reuera causa i ma-
ius pressura mambic eccis ut tamqz babi-
lonice legionis aues tirtusfixa et ielinai
cuibus suis uideat obsessa ia3 no oculum
pro oculo iuxta legem s3 referunt cum fero-
te lesionem et disciplina vindicte que sub
gentili dudum fuiabatur impio nunc ewa-
gelio pena terribilis intonante nesatur
Ideoqz pro virga cauteraz pro scuta daue
pro verbo ferrum pro vecte vedlibz gladi-
um Erubescant non excedente in iure vice
dedignantur illati discriminis equitate vide-
ri victores atqz terribiles ambiunt trium-
phalis glorie titlos concupiscunt Sic itaqz
dum vnus parum irascatur alt ad i famaz
prouocat Et qd aliud iter hec tot flagicio-
rum mala ppendim nisi qd uenturo ciaue
antixpo via ia3 sternatur per qa in offensis
nequitie sue uestigiis gradiatur Ia3 sicut
dicit apls misterium ia3 operat iniquita-
tis hec petrus Oracio

Domine ihu xpe iudex omnium
uenture da michi constancia in
fidei veritate ne seducar a sillatis et similis
hominibus nec succubaz in tribulacoibus
s3 in cofessione tui nois et assercoe veritatis
ualeaz fortiter persistere et pro hac odia
hoim et aduersa gaudenter sustinere Tribu
e michi virtutem paciencie et ut habundate
iniquitate non refrigescat in me ardor carita-
tis s3 usqz in finem vite pnas per seuerem i
fide veritatis et amore bonitatis quatenus
te miserante saluus fiaz domine deus salu-
tis mee amen

De aduentu et persecucione antixpi xl c

Post prelia aut et sedicoes
et alia que pmissa sunt s3-
quitur aduentus antixpi
quia ut pax pcessit xpm ita
discordia precedet antixpm &
ut ait Criso. sicut ante igne fumus pcedit et
ante victoriaz pugna sic et ante gloiaz xpi
temptacio antixpi vnde subiugit Cum uideitis
s3 oculis corporis in successoribus viris ablo-
minacoz desolacois que dicta .i. pdicata est
a daniele ppheta dicente erit in templo abho-
minacio desolacois stantem in loco sancto ide
in templo dei qui legit s3 pdictaz pphetiam
intelligat eaz tunc impleri et osumacone
tunc instare Iam ibidem dicit et usqz ad co-
sumacoz et finem perdurabit desolatio hoc
impletum est qn helius adrianus ymagine
suaz fecit statui ubi steterat archa testame-
ti et hoc fuit signu destructionis et desola-
tionis ciuitatis et templi hoc etiaz de abho-
minabili antixpo pt intelligi qui dicitur
abhominacio racione superbie qua se con-
fert deo ex hoc qd aduersus deum ueniens
honorem dei sibi uendicet et desolacois ciui-
tatis et templi quia tunc erit maxima e-
lectorum desolacio qn cultus dei destruet
vel quia terra et cultus dei per ipm desola
bitur Tunc eni ut ait apls reuelabit .i. ma-
nifestabitur homo pcti filius perdicionis qui
aduersatur et extollit supra et contra oe
qd dicitur deus aut qd colitur ita ut in teplo
dei sedeat ostendens et ostentans se tamqz sit
deus In loco eni sanctificacois stabit ut ubi sac-
torum pribus deus inuocabat ibi ab infide
libus receptus dei honore venerabilis uideat
Eius pcos ia3 pcedit quia ia3 misterium iniqtatis

operatur in membris ſuis. Moralis' platus malus eſt ydolum abhominacōis et deſolacionis. Unde in zacharia. O paſtor et ydolum derelinquēs gregem. Dicitur aūt abhominacio ꝓpt' ſaſtidium ꝯſpectu dei abhominabilis enim eſt deo ꝓpter prauitatem cordis ꝓpt' impietatem operis ꝓpt' indignitatem oblacionis. Undi totus eſt abhominabilis. Et addit' deſolacionis ꝓpter diſpendiu ſiue dampnum reſpcū proximi. Deſolatur eīn ꝓplm uel per negligenciaꝫ officij uel per corrupcōꝫ exempli ul' per ſubtractōꝫ temporalis ſubſidij. Sꝫ ſtat in loco ſancto ꝓpter monſtrum reſpectu officij eſt eīn figura antixpi qui ſedebit in teplo dei et ideo iāꝫ antixpi ſunt multi. Tunc qui legit intelligat videlicet eccie deſtructores prelati dampnacōꝫ ꝓpli periclitacōꝫ ubi beati iuxta uero ſēſus ſpirituales cū viderim' abhominacōꝫ deſolacionis ſtare ubi non debet hoc eſt hereſes et flagicia regnare int' eos qui celeſtibus miſterijs videbant' eſſe conſecrati cum operantes iniquitatē loqtes mēdaciū viros ſanguinum et doloſos quos abhominabilis dominꝰ pacem fidelium turbare ꝑpendeꝰ tunc quicūq; in iudea hoc eſt ī cōfeſſione vere fidei perſiſtimꝰ non terrenis infimis q; actibus mancipari ſꝫ tanto alcius virtutum culmen debemus aſcendere q̄to plures ampla et exabundāt uiciorum ſequi itinera videmus hec beda. Unde cōſcēpt' monet ut tunc ſꝫ veniente antixpo qui in iudea ſunt fugiant quia iudei eum primitus ſuſcipient et ibi ꝓpter corporalem antixpi pñciaꝫ maior perſecucio erit. Fugiant int̄ ad montes .i. ad loca ſecreta et deſerta ubi latitare poſſint. Unde hilarius. Iudeaꝫ deſeri monet et tranſfugi in montes ne admixcione plebis illius que crediturā eſt antixpo vis aut cōtagio offerat'. Et qui in tecto ſunt .i. in eminencia ꝑfectōis non deſcendant aliq' tollere de domo ſua per cupiditatem rerum tpalium ꝓpt' quas

ſepe eciaꝫ perfā decidunt' a culmine pfcōis tpr̄e perſecucionis hec hylarius. Et qui in agro ſunt laborantes pſtā bonorum opum cōtum ad actiuos non reuertant' tollere tunicam ſuaꝫ .i. non redeant ad occupaciones ſeculi peccati implicantes que intelligunt' per tunicaꝫ. Ad licāꝫ wlt oſtendere q ꝓpter inſtanciaꝫ tribulacionū et malorum pñciū ac ꝓpt' expectacōꝫ iudiciū et malorum futurorum non vacabit alicui intendere negocijs tpalibus ſꝫ melius eſt q ſaluet vitā ſuaꝫ qȝ rē poſſeſſaꝫ et cogitet quomō occurrat iudicis conſpectibus. Poſſunt aūt diſtigui poſſit pdicta tria per tres ſtatus hōm. Per eos ergo qui in iudea ſunt intelligi pt ſtatus incipiencium qui tm̄ in cōfeſſione fidei manent ſcdm illud apli. Corde creditur ad iuſticiaꝫ. Per illos qui in tecto ſtatus pficiencū qui iāꝫ ſupra carnem que eſt domus anime ſupra mūdū qui eſt domus hōm ſuper aerem qui eſt domus demonū aſcenderunt ſcdm illud pſalmi. Et factus ſum ſicut paſſer ſolitarius ī tecto. Per illos qui in agro ſtatus perfectorum qui in ſe perfcī iāꝫ alios perficere conantur ſcdm illud cant'. Egrediamur in agrum. Secundum hec. Triplex eſt conſiliū admonicōis. Primus eīn datur conſiliū aſcendendi ad montes ſic tunc qui in iudea ſunt .i. in cōfeſſione fidei licet imperfcī. Iudea eīn cōfeſſio interptāt' fugiant ad montes eternos .i. ad ſcripturas apoſtolorum et ꝓphetarum uel ad culmina virtutum ut illuminent' a deo. Unde ps illuminans tu mirabilit' a montibus eternis. Secundo datur cōſiliū non deſcendendi ſic et qui in tecto .i. qui animo accedit carnem et mundum per celeſtem cōuerſacōꝫ nō deſcendat tollere aliq' de domo ſua idest nō inclinet ſe ad carnalia deſideria nec redeat ad actus priſtine cōuerſacōis mundane ſꝫ illud apli carnis curaꝫ ne feceritis. Tercio datur cōſiliū non reuertendi ſic et qui in a

gro .i. qui operatur in ecclesia sicut nos in agro
domini non revertatur tollere tunicam suam .i.
rem aliquam temporalem qua se exuit ut nudus
nudum xpm sequeretur secundum illud cant. ex
poliavi me tunica mea Secundum enim aug.
in tribulacionibus cavendum est ne quisque
devictus ad carnalem vitam de spirituali subli-
mitate descendat aut qui profecerat in ante-
riora se extendens deficiendo in posteriora respi-
ciat ¶ Et hoc dixi quod non est revertendum retro
per defectum perseverantie in bono et ut hoc fa-
cilius faciatis memores estote uxoris loth
que quia retro respexit nature sue munus
perdidit fugiens enim sathanam et sodomam
in temptacionem respexit ea et mortua salis sta-
tua seu columpna est effecta Secundum aug. li.
uxor loth significat eos qui in tribulacione
retro respiciunt et a spe divine promissionis se a-
vertunt Et ideo salis statua facta est ut ex-
emplo admonendo homines ne similia faci-
ant tamquam condiat et erudiat cor eorum ne
fatui fiant Queritur aug. quare mulier ista
fuit punita respiciendo et videndo sodomitas
non autem abraham et respondet quod abraham respi-
ciebat dei sententiam approbando ista autem in peccatis
eorum delectando ¶ Et ne homines in persecu-
cione retro aspiciant fidem negando et vitam
bonam deserendo ut vitam corporalem salvent
eciam admonendo inducit quod quicumque qui-
sierit sic animam suam .i. vitam corporalem salvam
facere timore mortis deficiendo in antixpi
tribulacione scilicet xpm negando vel bona dese-
rendo et retro ad mala eundo perdet illam me-
rendo dampnacionem eternam et quicumque permanens
fortis confessione fidei et tribulacione perdi-
derit animam suam .i. vitam corporalem esti-
mans eam ut orationis onem et pre elegeris mo-
ri quam cadere a fide et virtute vivificabit eam
.i. vita eterna eam dignam faciet quia inde mem-
bra et inde premium capiet ¶ Ve autem pregnan-
tibus et nutrientibus in illis diebus quia ad
lram pregnantes non possunt bene fugere aggra

vato pondere nec mulieres nutrientes propter curam
qua circa parvulos sunt occupate Mistice preg-
nantes sunt qui fetum mali proposito conceperunt
et nutrientes qui partum mali operis fovent
et nutriunt et sic notatur in concepcione peccatum
in corde in nutricione peccatum in opere Vel preg-
nantes sunt qui bona proposita que conceperunt
non impleverunt nutrientes qui peccata sub
specie longioris vite usque ad mortem deduxe-
runt Vel secundum aug. pregnantes sunt avari
qui aliena concupiscunt et spem habent adipi-
scendi sicut mulier pregnans in spe est prolem
habendi nutrientes vero sunt qui quod con-
cupierunt possiderunt et possessa nutrire stu-
dent ea detinendo et augendo et sic anime cu-
pide temporalium pregnantes sunt in acquirendo
et nutrientes in possidendo Et nota secundum aug. quod
quadruplex est caritas scilicet incipiens que nascitur
proficiens que nutritur perfecta que roboratur
perfectior que mortem desiderat Pregnantes
ergo sunt que bonum opus conceperunt sed non
fecerunt nutrientes que facere ceperunt sed
non perfecerunt Ve eis ergo pregnantibus et
nutrientibus ve quia cito scandalizabuntur
in antixpi persecucione vel amore male in-
flamante vel timore male humiliante vel in
utroque ¶ Deinde hortatur ut oremus ne fiat
fuga vestra hyeme vel sabbato idest ne aut in
frigore peccatorum aut ocio bonorum operum
reperiamur Utrumque enim multum impedit
hominem et fuga antixpi primo magis facit
approximare sibi sicut e contrario divertendo a
malo et faciendo bonum homo approximat deo
Spiritualiter significatur hic duplex defectus
scilicet caritatis in hyeme et bone operacionis
in sabbato In hyeme est gelidum amoris
In sabbato cessacio boni operis Vel ne tunc quera-
mus peccata nostra fugere et penitenciam facere quando iam
non licet ambulare et bene agere ambulacio
enim longius sabbato non licet hyemis quoque am-
bulandi impedimentum est ¶ Erit enim tunc
tribulacio magna qualis non fuit ab inicio

mundi usque modo nec fiet ulterius talis tri-
bulacio. Tunc enim omnes persecuciones con-
flabuntur in unum scilicet infidelium hereti-
corum tyrannorum et falsorum fratrum hu-
iusmodi quatuor venti et quatuor bestie pugnan-
tes in mari. Tunc crudelissima et acerrima
tormenta longe lateque inferentur fidelibus
sed in illis regionibus tunc fideles sunt vexan-
di vehemencius ubi deus fuit cultus. Et ut
dicit haymo super apocalipsim. Illa tribulacio non per
partes sed simul totum examinabit mundum
solventur enim tunc demones qui modo ligati
sunt ne possint nocere quantum vellent. Sicut
autem antichristus crudelior erit omnibus persecuto-
ribus ita sancti tunc forciores omnibus mar-
tiribus. Illam vero tribulacionem dominus sciens infir-
mitatem eorum et humanam abbreviabit
propter electos secundum moderamen sue eterne sapiencie
et affectum sue misericordie ne nimio tempore fi-
des concuciatur credencium et malicia mu-
tet intellectum quia non durabit nisi per tres an-
nos cum dimidio ut enim dicitur in daniele dura-
bit per tempus et tempora et dimidium temporis id est tri-
bus annis et dimidio in quibus regnabit an-
tichristus contra eum et persequitur christi. Et iterum in daniele
Dies mille ducenti nonaginta id est tres annos
et dimidium. Et in apocalipsi dicitur quod data est ei po-
testas facere menses quadraginta duos id est tres
annos cum dimidio. Et nisi abbreviati id est
breves a deo prestiti fuissent dies illi quibus
scilicet operabitur antichristus non fieret salua omnis
caro nisi id est homo quia nisi hoc esset certus
aut nullus pressuras sustinere et per paci-
enciam saluari posset quia infirmitas humana
diu tribulacionem sustinere non potest sed propter electos
breviabuntur ne ex tribulacionis magnitudine
cadant a veritate. Breviabuntur autem non men-
sura sed numero quia breviati dies non breves dies
sunt intelligendi sed pauci unde dies accipiuntur
pro tempore quia tempus illius persecucionis erit
breve. Que ergo spes electis nisi gracia dei

que dat pacienciam pius et acius demit pon-
tificatus. Quanto enim erit hec tribulacio cete-
ris que precessere pressurarum pondere gra-
vior tanto erit temporis brevitate moderacior
ut salui fiant electi qui soli in horreo celesti
sunt reponendi. Unde dicit rabanus quod talis tri-
bulacio tunc erit in ecclesia circa dominum ut
omnibus velut cribro examinacionis paleis se-
questratis solum frumentum in horreis domini
remaneat colligendum. Tunc scilicet tempore an-
tichristi et in illa pressura si quis vobis imitato-
ribus meis dixerit ecce hic id est in hac patria
vel nacione vel secta vel persona est christus aut
illic id est in alia a predictis nolite credere et no-
lite ire pede intellectus eorum doctrine creden-
do neque sectando pede affectus eorum vitam imi-
tando quia multi discipuli antichristi venient
ad seducendum populum dicentes quod ipse sit
vere christus in lege et prophetis promissus. Surgent
enim pseudo christi qui se christos esse mencientur sed re-
vera erunt antichristi id est falsi christianam pervertentes
tes doctrinam christi vel mencientes de christo et pse-
udo prophete pervertentes doctrinam legis et pro-
phetarum vel usurpantes sibi divinas reve-
laciones scilicet antichristus et discipuli eius qui sunt
membra ipsius et dabunt signa aliqua magni
significancia et prodigia hominibus admiranda
que digito produntur et propter admiracionem
demonstrantur vel signa que aliquid significant de
presentibus et prodigia que aliquid produnt et
manifestant de futuris quia virtute demonum
multa miracula fieri possunt quando deus permittit
ita ut in errorem ducantur si fieri potest eciam
electi et predestinati id est si aliquo modo fieri posset
ut dei prescitio mutaretur. Sed non seducuntur
quia perire non possunt quos deus ad vitam pre-
ordinavit unde greg. Cum electorum cor se
trepida cogitacione concutitur et tamen corpus
constancia non movetur una sua dominus ut ...
quod propleus est. Quasi enim iam cecidit est in
cogitacione titubare. Sed si fieri potest subiungitur

quia fieri no potest ut in errore capiantur
electi. hec temporibus antixpi proprie con-
grauint. Cuius enim non paueat et contrita-
tur fides quando non solum tormenta acer-
biora et acerbiora quam prius consueuerant
inferentur fidelibus sed quod grauius est signo-
rum quoque operatio eos qui tormenta ingereret
non eos qui sustinebunt coronitabitur et per-
secutor veritatis erit operator virtutis sed que-
ipe qui tormentis sevit ut xps negetur pro-
uocat miraculis ut antixpo credatur. Nec
mirum si ista tunc mali operantur que a deo
permittuntur. Soluetur enim ut ait aug. tunc sa-
thanas et per antixpm in omni virtute sua
mirabiliter quidem sed mendaciter operabitur
unde greg. pensemus que erit humane men-
tis illa temptatio quum pius martir et corpus tor-
mentis subiciat et tamen ante oculos eius mi-
racula tortor faciat. Et Cris. Sicut in adue-
tu xpi ante illum prophete et cum illo apli in spiritu
sancto faciebant virtutes sic et in aduentu
antixpi pseudo xpianum et ante illum et cum illo
in spiritu maligno facient virtutes. Et subiun-
git Vos ergo uidete ecce predixi nobis omnia ut
psatis uigiletis quia moniti estis. Quasi dicet
Ad hoc ista predico nunc ut caueatis pro tunc et
pericula sequentia preuideatis quia premoniti estis
et ut minus noceant nobis iacula que preui-
stis Unde Cris. propterea dicit ecce predixi nobis
ut excusacionem ignorantie tollit ab omnibus et
prudens contestatio preuidere faciat penas
sequentem Misericordia enim est mandatis preuire
periculum Non vult enim quoque perire qui omnibus
monstrat perditionis aduentum hec Cris.
Non est igitur credendum alicui uel de persona
ut ipse sit xps uel de tempore uenturi iudicii nec
fides adhibenda hys qui calculant et certum
tempus determinant quo dominus uenturus sit quod
hoc a nemine potest sciri uel obseruari Unde inter-
rogatus dominus de aduentu regni dei respondit
Non uenit regnum dei et dies iudicii cum obser-

uatione aliter tempus nec ab angelis nec ab ho-
minibus potest obseruari quando ueniet. Per aduentum
regni dei intelligitur aduentus ad iudicium
quia ueniet tamquam rex ad iudicandum et quod
tunc manifestabitur regnum dei et cessabit
omne aliud regnum Et addit Ecce enim regnum
dei intra uos est quia donum gratie est in
mente regnum gratie inter uos est quando omnes
vires et motus in nobis diuine gubernationi
obediunt secus quando rebellant. Ac si dicat non cu-
retis scire quando ueniat regnum dei et obmittite
questionem de regno glorie quia eius aduentus sciri
non potest sed querite regnum gratie quod intra
uos esse potest et parate uos intra uos per fidem
cum dilectione operantem quia intra uos est
regnum dei Nam in nobis cum dei gratia est
ut regnum dei capiamus nisi nos obicem ponamus
Ubi nota quod triplex est regnum dei Primum est cir-
ca nos uel in quo nos sumus regnum militantis ec-
clesie. Secundum intra nos scilicet regnum gratie quo vide-
deus regnat in anima Tertium est regnum glorie
quo deus regnat cum sanctis in gloria Vel regnum
dei dicit seipsum in cordibus fidelium regnantem Un-
beda Dicit regnum dei intra fideles positum qui
enim quasi uenturus est iudex omnium nunc etiam regem
in cordibus fidelium Unde et ans. Cum uere iustus
est deum in se manentem habet Templum enim
dei sanctum est quod estis uos ut ait apostolus.
Summa igitur diligentia desiderandum est
cum quanta ratione et reuerentia sensus nos
et membra corporis nostri mouere debes quibus
diuinitas ipsa presidet Demus igitur ut dignum
est tanto habitatori omne imperium cordis nostri
ut nichil ei repugnet in nobis sed omnes cogitatio-
nes et uoluntatum motus omnia uerba et
uniuersa opera nostra illius nutum attendant
eius uoluntati deseruiant ad rectitudinis eius
regulam dirigantur Sic enim uere regnum eius
erimus et ipse in nobis manebit et nos in illo
manentes bene uiuemus Vos estis ait apostolus
corpus xpi et membra de membris Beda quoque

corpus ei dignitate qua decet oculi tui ocu-
li xpi sunt Non igitur licet tibi oculos xpi ad
aliquas vanitates conspiciendas dirigere Os
tuum os xpi est Non ergo licet tibi os xpi non
dico ad detractiones non dico ad mendacia sed
nec ad ociosos sermones aperire quod ad solas lau-
des dei et ad edificationem proximi debes paratum
habere Sic de ceteris xpi membris tue custo-
die commissis intellige hec augustinus ¶ Deinde subiun-
git Si ergo dixerint vobis ecce in deserto est
xpc scilicet tamquam religiosius homo in loco deserto
consistens qui sub specie sanctitatis vos decipe-
re volentes nolite exire a vestro loco et proposito ad
videndum eum vel ad sequendum per operis i-
mitationem Et si dixerint ecce in penetrabilibus
et in locis occultis est sub specie cognicionis
diuinorum archanorum maliciam eius pal-
liantes et vos decipere volentes nolite crede-
re vel similiter· Si quis promiserit vobis xpm
deserto gentilium et philosophorum dogmate xpc
moratur aut in hereticorum penetrabilibus
et occultis seu obscuris conventiculis qui dei
polliceantur archana nolite credere Non enim
deus in secundo adventu in deserto vagabitur nec
in penetrabilibus aut in aliquo angulo terre
vel in occulto loco seu in aliquibus obscuris la-
titabit sed de celo veniens manifeste omnibus
ubique apparebit quia licet adventus xpi in
carnem fuerit occultus tamen adventus e-
ius ad iudicium erit ita manifestus quod non po-
terit alicui latere tamquam incognitus In primo
enim adventu venit in humilitate et paucis cog-
nitus et a multis despectus reprobatus sed
in secundo adventu veniet manifestus et glorio-
sus in potestate orbem iudicaturus Nam ut
ait augustinus Occultum oportebat eum venire ut
iudicaretur manifestus autem veniet ut iudicet
Quasi diceret Nolite eis credere quia dies
adventus mei ita clara erit quod nullus de ea
dubitare poterit ¶ Ad quod similitudine ful-
guris inducit Sicut enim fulgur et splendor
solis exit ab oriente et subito apparet ubique

usque in occidentem oculis Lucet omnium
manifestus et non in vna parte videtur et
fulget sed in omnibus nec annunciante vel pre-
cone indiget sed instanti momento temporis per
orbem terrarum vniuersum apparet Ita ad-
ventus filii hominis ad iudicium generale erit
subitus et choruscus ac manifestus omnibus
et ita patens et clarus quod nullus dubitare
poterit et non hic vel illic sed simul ubique per
effusionem et splendorem glorie apparebit
Stultum est ergo eum credi esse vel querere
in paruo loco et in abscondito qui tocius mun-
di lumen est Unde ambrosius· xpc sicut fulgur
choruscans per vniuersum mundum luminis
sui globos spargit Et ideo nec in desertis va-
gatur nec aliquibus locis clauditur quia ce-
lum et terram ego compleo dicit dominus Sic luce
fulgoris fulget ut in illa nocte resurrectionis
gloriam videre possimus Et ut dicit Crisostomus·
sicut fulgur secundum qualitatem fulgoris sui non
digne aspicitur sic et cum venerit xpc secundum men-
suram glorie eius non poterunt eum sufficienter
aspicere ¶ Et sicut iam instruxit discipulos
de modo apparicionis sue quia sicut fulgur
manifeste veniet sic nunc consequenter instruit
eos de loco in quo futurus est Unde subiungit
Ubicumque fuerit corpus id est xpc in humanitate
qua iudicabit in forma humana et glorio-
sa ibi congregabuntur et aquile id est sancti oc-
currentes obuiam xpo ad iudicium venienti
quibus innouata est iuventus ut aquile
xpc dicitur corpus ad denotandum carnis
veritatem et ostensionis speciem in qua vi-
debit eum omnis oculus Electi vero dicuntur
aquile propter resurrectionis innouationem
et visionis subtilitatem qua solem iusticie
inuerberatis oculis videbimus Quasi diceret
secundum Crisostomum· Dum in glorioso corpore advenerit
filius hominis non oportet in angulis esti-
mare eum esse quia tanta erit obsequencium
sibi sanctorum multitudo ut vnicuique pate-
at quod ipse est xpc dominus caput totius ecclesie

Et ſuper omnem principatum et virtutem et ſuper omne quod nominatur in hoc ſeculo et futuro. Per aquilas enim multitudinem angelorum et ſanctorum vniuerſorum oſtendit. Ideo enim ſancti aquilis aſſimilantur quia ſicut filij aquilarum ad ſolem probantur vt ſi quidem recto aſpectu intendere potuerint contra radios ſolis intelligantur eſſe legitimi ſi autem non potuerint cognoſcantur adulterini ſic et filij dei ad xpi iuſticiam probantur. Si enim potuerint pleno corde iuſticie eius verba ſuſcipere intelliguntur eſſe legittimi. Si autem non potuerint cognoſcuntur de dyabulo renati hec Criſo. Quia ergo aduentus xpi erit ita publicus et manifeſtus et communi ad modum et quantum ad locum ideo ipſe non indiget precombus et nuncijs talibus qui nobis annuncient dicentes ecce hic vel illic eſt xpc igitur nolite talibus credere. Oratio

Domine ihu xpe pie da michi viſ mundi abhominacoibus et ſeuientibus tribulacoibus ad montes et culmina virtutum fugere et in celeſtibus conuerſando de ſpirituali ſublimitate ad carnalia deſideria et actus priſtine conuerſacionis mundane non deſcendere vel me inclinare et in anteriora me extendendo et pro fructu bonorum operum laborando in poſteriora et ad temporalia quibus me exui non reſpicere. Da graciam michi vt nullis ſeductoribus credens regnum gracie quod intra nos eſt perquiramus et ad regnum glorie perueniamus Amen.

De remedijs contra temptaciones ſpirituales nouiſſimi temporis et de extaſi mentis in deum xli capitulum

Et quia ut dictum eſt ante aduentum domini venient multi pſeudo prophete i. ſimulati et falſi et ſeducent multos qui ante videbantur eciam perfecti. Ideo conſequenter ponuntur aliqua remedia contra quaſdam temptaciones ſpirituales que iſto tempore habundant ad probandum et purgandum electos que in cordibus quorundam ſeminantur a dyabolo et preparant locum antixpo. Dupliciter veniunt predicte temptaciones. Primo per ſuggeſtionem et illuſionem dyaboli qui decipit hominem in regimine quod debet habere erga deum et in hoc quod eſt dei. Secundo per corruptam doctrinam et modum viuendi aliorum qui iam venerunt per temptaciones huiuſmodi. Propter quod oſtendendum eſt primo quomodo debes habere regimen aput deum et ad id quod dei eſt et poſt quomodo debes regi erga alios quantum ad doctrinam et modum viuendi eorum. Primum remedium contra temptaciones ſpirituales iſtius temporis quas parat dyabolus in cordibus illorum qui volunt ſe dare deo per oracionem et contemplacionem vel per alia opera perfectionis eſt iſtud ut non deſideres viſiones aut reuelaciones vel ſentimenta que ſunt ſupra naturam et ſupra curſum illorum qui deum diligunt et timent per veriſſimum amorem quia iſtud deſiderium non poteſt eſſe ſine radice et fundamento ſuperbie et preſumpcionis vel ſine intencione alicuius vane curioſitatis circa ſecreta dei vel ſine fragilitate et defectu fidei propter que iuſticia dei dimittit animam que habet deſiderium huiuſmodi et venire quoniam talis in temptacionem et illuſionem dyaboli. Per hunc modum ſeducit dyabolus maiorem partem temptacionum ſpiritualium iſtius temporis et radicat in cordibus illorum qui ſunt nuncij antixpi prout videre poteris in ſubſequentibus. Unde debes ſcire quod vere reuelaciones et ſentimenta ſpiritualia ſeruitorum dei non veniunt per antecedens deſiderium nec per aliquod conamen ſeu ſtudium quod anima habeat in ſe ſed tantum veniunt per puram bonitatem dei in animam que eſt in magna humilitate et magno timore ac reuerencia dei propter hoc ut homo habeat viſiones et reuelaciones et ſentimenta ſupradicta eſt habere in ſe radicem et fundamentum